

- Is. 9,3,25* 35 Erant in urbe et patricii qui sicut *Graphia-Libellus:*
 patres filiis, ita rei publice provi- Patricii ita provideant rei publi-
 debant. ce sicut patres filiis.
Is. 9,3,26.29 Prefecti pretorii *civitati* preerant. Tribuni vero militibus et plebi iura
Is. 9,3,30 tribuebant *et super triginta potestatem habebant.* Erant et cyliarchae qui
Is. 9,3,31 40 super mille milites ius habebant, quos millenarios dicebant. Centu-
 riones centum militibus preerant. *Trium viri super tres, duum viri su-*
per duos, quinque viri a quinque, decem viri a decem, vicensarii a viginti,
quadragenarii a quadraginta. Similiter et quinquagenarii a quinquaginta
et sexagenarii et reliqui a numero. Ordinarii *in palatio imperatoris*
Is. 9,3,33 45 *erant,* qui per ordines reliquos promoti erant. Extraordinarii, qui ob
Is. 9,3,34 virtutis meritum promovebantur. Veterani, qui a militia soluti erant
 et qui iam in usu † prelium ibant. Emeriti, qui iam a militia soluti
Is. 9,3,35 erant et stipendium *accipiebant.* Equestres milites, qui in equis sede-
Is. 9,3,36 bant. Tirones erant fortes pueri, qui ad militiam eliguntur et armis
 50 regendis abiles existebant. Hi enim non ex sola professione nativita-
Is. 9,3,37 tis, sed ab aspectu et valitudine corporis eliguntur. A sextodecimo
Is. 9,3,38 autem anno tirones militari *incipiebant.* Servi autem numquam ad
Is. 9,3,39 militiam ascribebantur, nisi servitute deposita. Qui autem militari
 55 officio relicto *per diversa* vagantur, desertores sunt. Hinc alios nu-
f. 59^{ra} meros militie nomen dare prohibentur, sed si non magni tempo-
 ris culpam contraxerint, cesi numeris suis restituuntur. / Sed et
Is. 9,3,40 qui deserunt exercitum et ad hostes transeunt, desertores sunt.
Is. 9,3,41 Conscripti milites † inter ātales conferuntur ab eo qui eos ductu-
Is. 9,3,42 60 rus est, cum ab alia in aliam regionem transeunt. Optiones electi
 ad militiam sunt. Excubitores qui excubias agunt. Sunt enim ex nu-
Is. 9,3,43 mero militum et in porticibus excubant propter *imperatoris* custodi-
 am. Excubie vero sunt *vigilie nocturne; qui vigilantes velites dicun-*
tur. Electi enim agilitate iuvenes cum armis post terga equitum con-
 sedebant, et mox cum ad hostes ventum esset, equis dissiliebant,
 65 et continuo pedites ipsi, ex alia parte equitibus, per quos advecti fu-
 erant, dimicantibus, hostes perturbant. Ab hiis igitur velitibus ele-
 phanti quondam Annibalis retro ac<ti>, cum regi a suis non pos-
Is. 9,3,46 sent, fabrilis scalpro inter aures adacto tractabantur. Legio sex milia
Is. 9,3,47 *sex centos sexaginta sex viros in armis habet.* Legio habet sexaginta cen-
Is. 9,3,48 70 turias, manipulos triginta, cohortes duodecim, turmas ducentas. *Cent-*
Is. 9,3,49 *tenaria* in centenos milites divisa. Hii autem qui presunt centuriones

46 vetera inquam 47 prelii non sunt *Isid.* 51 ab *K* 58 in tabulis *Isid.*
 59 legionem *Isid.*